Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



machabeorum

et mandauit destruere murum
in syro. et discessit festinanter et
reuersus est antiochiam. et fecit
philippum dominantem ciuitati
et pugnauit aduersus eum. et ui
cepit ciuitatem. XXI

Anno centesimo. i. et primo
exiit demetrius seleuci fi
lius a urbe roma. et ascen
dit cum paucis uiris in ciuitatem
mariuinam. et regnauit illic. Et
factum est ut ingressus est domum
regni patrum suorum comprehendit
exercitus antiochum et lysiam ut
adducent eos ad eum. et res ei in
notuit. Et ait. soluite michi oslen
dere faciem eorum. et occidit eos
exercitus. Et sedit demetrius sup
sedem regni sui et uenerunt ad
eum uiri impii et iniqui erisi. et
alchimus dux eorum qui uolebat
fieri sacerdos. et accusauit plm
apud regem dicentes. Perdidit iudas
et fratres eius amicos tuos. et nos
disperdidit de terra nostra. nunc
ergo mitte uirum cui credis ut
eat et uideat exterminium omne
quod fecit nobis. et regionibus re
gis et punit omnes amicos eius
et eorum adiutores. Et elegit rex
ex amicis suis bachidem qui dom
inabatur trans flumen magnum
in regno. et fidelem regi et misit eum
ut uideret exterminium quod iu
das fecit. et alchimum impium con
stituit in sacerdotem et iniadauit
ei ut faceret ultionem in filios is
rahel. Et surrexerunt et uenerunt
cum exercitu magno in terram iuda
Et miserunt nuncios et locuti sunt
ad iudam et ad fratres eius uerbis
pacificis in dolo et non intenderunt
sermonibus eorum. Viderunt eum
quia uenerunt cum exercitu magno
et conuenerunt ad alchimum et bach
idem congregato scribarum requi
rere que iusta sunt. et paucis fi
dei que erant in filius isrl. et exquire
bant a eis pacem. Dixerunt enim
homo sacerdos de semine aaron ue
nit non decipiet nos. Et locutus est
cum eis uerba pacifica et iurauit
illis dicens. Non inferemus uobis
malum nec amicis uestris et cre
diderunt ei. Et comprehendit ex eis
lx uiros et occidit eos una die secun
dum uerbum quod scriptum est.
Carnes sanctorum tuorum et sanguinem
effuderunt in circuitu hierlm et non erat qui se
peliret. Et cecidit timor et timor
in omnem plm. quia dixerunt non
est in eis ueritas et iudicium. Transgressi sunt enim constitutum et iu
rauerunt quod iurauerunt. Et
mouit bachides castra a bihierlm. et
applicauit in bethzecha. et misit et com
prehendit multos ex eis. qui ad se
refugerant et quosdam expopulo
mactauit et in puteum magnum
proiecit. Et commisit regionem al
chimo. et reliquit cum eo auxilium
in adiutorium ipsi. Et abiit bac
hides ad regem. et satis agebat al
chimus pro principatu sacerdotii
sui. Et conuenerunt ad eum omnes